



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Ordinatus per saltum est irregularis

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Summula Raymundi

et executōem etiā potestatis. scz potestātē legendi missam **S**i autem intel-
ligitur sine consensu uxoris sue tūc recipit executōem potestatis. **Q**uod hoc sed
tur q si vir pcedit ad sacros ordines tūc mulier dz vouere castitatē. z post
mortē ipsius mariti cū nullo viro p̄trahere m̄rimoniū. **S**ed ad rōnem
rūdetur q illa silitudo nō est bona nec formalis psequētia que data ē inter
matrimoniu z sacrū ordinē. qz nullus in sacris ordinibz p̄stitutus p̄trahere
matrimoniu. s; aliq̄s p̄stitutus in matrimonio p̄trahere ad sacros
ordines. qz in matrimonio ē minus vinculū. in ordine autē ē maius vinculū
nā plus est se obligare dño deo q̄ homini. sed in sacris ordinibz obligat se
hō dño deo. in matrimonio autē obligat se homini

Ultimo notandū. q ecclia pmittit fieri trāsitum ab impfecto ad p̄f-
ectius. s̄m illud. **I**bant de virtute in virtute. sed qz ordo est status altior z
p̄fectior matrimonio. ergo habēs uxorem potest accipere sacros ordines si
nō fuerit irregularis z consensum uxoris habuerit. sed ecōuerso nō p̄t facer-
dos ducere uxore. qz tūc fieret descēsus a p̄fectione ad impfectū qd non ad-
mittit ecclia. **R**equirit autē consensu uxoris. qz vir nō ē sui iuris s̄m aplm z s̄m
sanctū. **T**ho. qui recipit sacros ordines nesciēte vel p̄tradicēte uxore peccat
mortaliter z debet redire ad uxore precipue si hoc fecerit post carnalem
copulā z nō debet deferre coronam

.i. q nō accipit ordinē vnū p̄ aliū. i. deponet s̄ ordinē

Ordine qui saltum fecit priuetur ab illo

filii .i. p̄duxit scz p fornicatōem

Si te progeniit thorus illicitus caueas ne

.i. sine dispensatōe

Indispensato tibi donetur sacer ordo

Hic auctor ponit scdm documētum p̄ modū notabilis de sacris ordinē
bus dicens **S**i aliq̄s vult p̄cedere in sacris ordinibz z fecerit saltū. s. q̄ fiet
ret sub dyaconus anteq̄ esset acolitus. vel fieret p̄s byter anteq̄ esset dya-
conus. talis de iure p̄uat ordinibz sacris quousqz penitentiā p̄ suis egerit
excessibz. z penitētia facta p̄t resumere sacros ordines z p̄t tūc licite p̄cede-
re s̄m formā ecclie **D**einde subdit aliud documētū dicens. si aliq̄s esset ge-
nitus in thoro illegitimo. vel q̄ sit spurius. tūc ille nō p̄t accipere sacros or-
dines donec a papa dispēsatiōem acceperit. z habita dispēsatiōe in ordinibz
sacris p̄cedat s̄m formā ecclie.

Circa lrām notandū. q̄ quicūqz vult p̄moueri in sacros ordines z fa-
cit saltū. iste est de facto irregularis **E**xempli grā. vt si aliq̄s p̄moueretur
ad ordinē sub dyaconatus z nō esset acolitus. vel si p̄moueret in p̄s by-
ter z nō esset dyaconus. tunc vt dictū est ille dicit̄ facere saltū z incurrit ir-
regularitatē. q̄re vltērius in sacris ordinibz p̄cedere nō p̄t sine dispēsatiōe
pape. qz nullus irregularis sine dispēsatiōe p̄t p̄cedere ad ordines. sed ille
est irregularis. ergo zc. **P**ro quo sciēdum. q̄ vel talis facit saltum ex malī-
tia. vel ex ignorātia **S**i p̄mo modo tunc talis debet simplr̄ deponi seu de-
gradari nec amplius ad sacros ordines est admittēdus **S**i autem facit ex
ignorātia tunc talis non debet ministrare in suo ordine. s. q̄ legeret euangeli-
um vel epistolam. nisi hoc sit cum dispensatiōe pape vel episcopi.

Secundo notandum circa secundum documentum. scilicet quod si aliquis illegitimus vult procedere in sacris ordinibus. tunc dicunt quidam doctores quod episcopus vel archiepiscopus potest secum dispensare quantum ad salutem anime. non tamen ut possit procedere ad aliquos plures vel prebendas vel curas animarum. ita imo quod intrando claustrum talis possit procedere in ordinibus sacris. sic quod solum habeat curam anime sue et non aliorum. Si vero talis illegitimus vult recipere sacros ordines ad plures vel ad alia beneficia curam animarum habentia. tunc nemo potest dispensare cum illo nisi solus dominus apostolicus.

Tercio notandum. quod ille homo dicitur legitimus qui generatur ex matrimonio vero et legitimo. vel qui generatur ab his qui matrimonium contraxerunt in facie ecclesie. Et si postea divorcium celebratum esset inter eos propter aliquod impedimentum. nihilominus tamen omnes illi pueri sic generati dicuntur legitimi. Et hoc est verum si contrahentes matrimonium credunt se bene contraxisse. vel ad minus una persona credit se bene contraxisse. Si vero ambe persone crederent se male contraxisse. tunc pueri sic generati dicuntur illegitimi.

Quarto notandum. quod quidam pueri dicuntur legitimi. ut sunt illi qui de thoro legitimo generantur. quidam naturales. ut sunt geniti ex soluto et soluta. et quidam nec sunt legitimi nec naturales. ut sunt spurii. Unde notandum. quod istiusmodi pueri dicuntur spurii qui generantur in adulterio. ut si aliquis uxorem haberet proles cum muliere non propria. vel e converso. Quidam autem sunt legitimi. ut sunt illi qui procedunt ex legitimo thoro. et istiusmodi dicitur sine aliqua dispensatione possunt accipere ordines et non alij.

Quinto notandum. quod aliquis legitimitur dupliciter. Uno modo per dispensationem. et sic pueri (qui nec sunt naturales nec legitimi) legitimitur ad omnes actus seculares et spirituales. Alio modo aliquis legitimitur per matrimonium contractum. ut si solutus generaret cum soluta. et si postea contraheret matrimonium tunc illi pueri prius illegitimi legitimitur per subsequens matrimonium. Sed hoc non est de spuriiis. quia tales generantur per adulterium. Et ergo littera bene dicit quod nullus illegitimus debet procedere ad sacros ordines nisi ex speciali dispensatione.

Ultimo notandum. quod filij illegitimi prohibentur ab ordinibus sacris tripliciter de causa. Prima causa est dignitas sacramenti ordinis que vilibus personis non debet porrigi. quod scriptum est. Nolite sanctum dare canibus. Secunda causa est detestatio paterni criminis. Tercia causa est. quia presumitur quod filius sit imitator paterni criminis. quod malicia parentum inducit presumptionem contra filium. ut habetur distinctio quadragesima prima. Sciens. Item si spurius intret religionem tollitur ab eo irregularitas. ut per xix. distinctio questione ultima. Non licet.

.i. excommunicatio

.i. donatur

In banno tibi si sacer ordo datur. scio quod non

.i. inde .i. libereris .i. nisi penitus fueris domino apostolico

Hinc absolueris nisi presentando pape te

Nic autem ponit quartum documentum de sacris ordinibus dicens. Si aliquis esset in banno vel in sententia excommunicationis. et presumaciter scienter vel ignoranter sumeret sacros ordines quocumque modo est in excommunicatione. tunc